aggravare audeant, sub poenis Convulsionis Decretorum Nostrorum, et Salvi Conductus Nostri inhibemus, et interdicimus. Factum sunt praemissa omnia Citati moderne sub poena Bannitionis perpetuae, quam exnunc super ipsis decernimus Ministerialem Quemvis Regni Generalem ad Publicandam in instanti addimus. Qui Ministerialis Terrarum Regni Gnalis Nobilis Casimirus Skrzedynski ad praemissa additus; Siquidem e Loco Publicationis suae rediens, Coram Actis Cancellariae Decretorum Nostrorum recognovit, Se praefatam poenam Bannitionis perpetuae ob Contraventionem Decreto Nostro, et non Exolutionem Quingentarum Marcarum, nec non damnorum Litisq expensarum super Gnera Kosmowska et Successoribus Biedrzycianis obtentam, ante Stubam Judiciorum Nostrorum adstante Plurima Nobilitate variiq Status et Conditionis hominibus ad Judicia Nostra Congregatis, Publica sua et Sonora voce, prout Juris et moris est, publicasse et proclamasse. Ideo post eam Publicatam, Partes ad Officia Castrensia Capitanealia Neocorcinen, Biecense, Sandecense, Osviecimense, et aliud quodvis Criminale quod facilius Pars actorea moderna inducere poterit, tum et Suprascriptum Judicium Nostrum Magnae Procurationis Arcis Nostrae Cracovien remittimus

Cjdj

53

ejsdemq Officijs, quatenus unum ad aliud se non referendo, per se suos Iuratos Burgrabios, et Vices-gerentes, ac Subdelegatos suos, ad Primam Partis Actoris moderno requisitionem, Decretiq presen. Nostri exhibitionem, illud quo ad damna, Mercas, et Expensas Litis ex Bonis Succumbentis Partis Judicium vero Magnae Procurationis Arcis Nostrae Cracoviensis, quo ad Iuramentum praevia Edictatione Partis praestandum, non attentis quibusvis Impugnationibus et Contumacia Partis exequantur, committimus, et demandamus. Decreti praesentes Vigore In cujus rei fidem, praesentibus Sigillum Regni est Appressum. Actum Varsaviae Sabbatho pridie Dominicae Reminiscere Quadragesimalis, Die Vigesima Prima Mensis Februarij, Anno Domini Millesimo Septingentesimo Vigesimo Octavo, Regni vero Nostri Vigesimo Primo Anno.

Joannes Szembek
Spr Rni Cancellarius

Relatio Illustrissimi, et Excellmi Domini [...]ipow Szembek Supremi [...]gni, Lomzen, Graudentinq Capitanei



[Seb]astianus Rybczynski
Decretor[um] Rni Notarius

No 12 In Contumaciam Correxit Minasowicz

Inter SS Blumental et Steinhauser tum Oppidanor Mierzacew et Sniedzierowienses Lroseneth actt. Atq Gniezn Kozminski et Successores Biedrzycki Rlt.



N° 1

[illegible]ria Secunda post Festum Sanctae Marg[illegible]
proxima A° D[omi]ni 1782.
[illegible]ntrocontentum Decretum in Acta [illegible] Suscept[um]
et [illegible]





1731 3. III.

Augustus II rex Poloniae Joanni Krokowski pincernatum Ovrucensem confert

Publ. Kod. Wiel. s. 141

15\. Augustus Secundus DEI Gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithvaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Kijoviae, Volhyniae, Podoliae, Podlachiae, Livoniae, Smolensciae, Severiae, Czernicheviaeque, Nec Non Haereditarius Dux Saxoniae et Princeps Elector.

54

Significamus praesentibus Literis Nostris, quorum interest universis et Singulis. Quia Nos habito respectu meritorum Generosi Joannis Krokowski Nobis et Reipublicae varijs in occasionibus praestitorum faciendum esse duximus ut eidem Pincernatum Owrucensem post fata Generosi Ignatij Kimowski vacantem et ad dispositionem Nostram devolutum daremus et conferremus. uti quidem cum omnibus Iuribus praerogativis et obventionibus huic muneri de lege vel antiqua consvetudine servientibus damus et conferrimus praesentibus Literis Nostris ad extrema vitae Ipsius tempora vel majoris alicujus dignitatis assecutionem. Quod omnibus quorum interest notum esse volentes mandamus ut praenominatum Generosum Joannem Krokowski abhinc pro vero et legitimo Pincerna Owrucensi habeant et agnoscant. Eique de loco Iuribus praerogativis et obventionibus huic muneri de Lege vel antiqua consvetudine respondeant, et ab alijs responderi curent. Pro Gratia Nostra. In quorum fidem praesentes manu Nostra subscriptas Sigillo Regni communiri iussimus. Datum Varsaviae Die III. Mensis Martij Anno Domini MDCCXXXI. Regni vero Nostri XXXIV. Anno.

Augustus Rex



Pincernatus Owrucensis post fata Generosi Ignatij Kimowski Gnoso Joanni Krokowski confert.

Joseph a Lipe Lipski U.B. Regens Can. Regni





In Crō Crac.

F. 4. pt Dm Laetare pxa AD. 1796.

Literae intro consensus S. R. Mttis Sup Pincernatum Ovrucen. pp Cang S. R. Mttem E. Ioanni Krokowski data ejdemq servien sub Actu suprascrō p Oblatam porrectt

Susceptt et Inductt.

209

Wieliczka

1737

56-57

Anno Dñi Millesimo Septingentesimo Trigesimo Septimo.
Die Mercury Tertia Mensis July.

Coram Perillustri et Adm̃o Dño M Joanne Lukini V.I. Doctore et Pro:
fessore Ecclesiarum Cathedralis Cracovien Canonico Collegiatarum Visliciensis
Primicerio SS OO Cracov Cancellario in Slawkow Præposito à Summo Domino Nro
Dño Clemente Divina Providentia Papa Ejus Nominis XII feliciter moderno
Ipsiusq S. Sede Apostolica Causæ et Partibus infrascriptis specialiter datô et depu
tato Commissario ac Judice Delegato in Ejus audientia Comparentes Psonaliter No
biles ac Spectabiles Josephus Nowogurski et Joannes Szachowicz Consules Vielic
et simul Hospitalis in ibidem Provisores Suis et Admodum Rndi Martini Jaroszo
wicz Præpositi ejusdem Hospitalis Nominibus in termino hodierno ex Actis et Con:
servatione Illius sub die Lunæ Tertia Mensis Juny Anno currenti factt et connotat
provenienti Decretum Sui Sententiam definitivam in Causa inter Se Actores ex Una
et Citatos infrascriptos occasione nonsolutionis Census Annui Reemptionalis seu pro:
ut fusius in Processu hujusmodi Causæ descriptum Partibus ex altera Jam alias:
in Termino anteriori latum sive latam publicari postularunt In præsentia Famato:
rum Joannis Kuchta Senioris et Stanislai Kwiczalowicz Notary Suis Totiusq Con:
tuberny sui Nominibus Salvis beneficys Juris Sibi suoq Contubernio in toto reserva
tis in publicationem Decreti sive Sententiæ quatenus pro parte sua favorabilis con
sentientium Perillustris et Reverendmus Dominus Judex Delegatus Apostolicus
Supramemoratus Sententiam definitivam ea in Causa inchoato Ipsius initio publi:
cavit mihiq Notario infrascripto clara et intelligibili Voce tradidit promulgandas
tenoris sequentis Concludimus Christi Nomine Invocato pro Tribunali Sedentes So
lum Deum Ejusq Sanctam Justitiam præ oculis habentes in Causa et Causis quæ
inter Adm Rndum Martinum Jaroszowicz Hospitalis Vielicien sub Titulo S. Spiri
tus Præpositum, tum Nobiles ac Spectabiles Josephum Nowogurski et Joannem
Szachowicz Consules Vielicien et simul ejusdem Hospitalis Provisores Principales
Actores Appellantes ex una, et Famatos Andream Chorek Joannem Kuchta Senio
res Totumq Contubernium Laniorum Vieliciensium de et Super reprobatione vel Con
firmatione binorum Decretorum seu Sententiarum bifformium primæ Judicy Consi:
story Generalis Cracoviensis, alterius Sacri Tribunalis Nuntiaturæ Apostolicæ oc
casione nonSolutionis Census Annui Reemptionalis pro Summa Capitali Mille
Florenorum polonicalium in et Super Macellis Contuberny Laniorum Vielicien
inscripta provenien dictum Hospitale Vielicien concernen pro Annis immedia
te præteritis alias ab ultima Luretatione retenti prout fusius et latius in Proces
su sive Processibus hujusmodi Causæ continet Citatos Appellatos Partibus ex al:
tera coram Nobis Judiceq Nostro Delegato Apostolico in tertia Seu alia veri
ori versæ fuerunt et vertunt Instantia ex his quæ in hujusmodi Causa vidimus
legimus, et perspeximus, signanter tamen visis ac lectis dictis et depositioni:
bus Testium juratorum ea in Causa in Judicio primæ Instantiæ tam ex parte


Actorum Apellantium quam Citatorum Apellatorum inductorum et examinatoru expeditis tum Partium Ambarum Controversijs, disceptationibus, allegationibus, illationibus, responsionibus, et replicationibus, verbo et inscriptis hinc inde factis exauditis meritisq Causæ præsentis bene perpensis et trutinatis matureq di:scussis, alysq visis videndis et consideratis considerandis dicimus decernimus et declaramus. Quando quidem ex præmissis Inquisitionibus tum ex documen:tis Literatorys luculenter deducitur Summam Controversam Mille florenorum polonicalium Testamento per Spectabilem olim Petrum Grochot Consulem Vielicien Hospitali Pauperum Vielicien legatam fuisse quam Summam Famatus olim Mar:tinus Czyzowski dicti Petri Grochot Testamenti Executor ad se recepisset et eandem in Censum Reemptionalem in aliquibus Bonis mundis locare et inscribere negle:xisset. Tandem Reverendus Præpositus et Provisores Hospitalis Vielicien post fata dicti Czyzowski a Successoribus ejusdem prætactam Summam Mille florenorum Jure vindicarunt et Decretum Intromissionis in Bona morte illius derelicta Vide:licet Prædium Czyzowskie dictum Vielicoys Situm in Judicys Succamerarialibus Feria quinta post Dominicam Exaudi proxima Anno Dni 1667mo obtinuerunt illudq possederunt, Successive tandem præfata Bona scilicet Prædium Czyzowskie alias Suc:cessio ejusdem Prædy per Officiosas transactiones a Rndo Præposito et Provisoribus Hospitalis factas cum onere Solutionis Census Annui reemptionalis quinquaginta flo:renorum Polonicalium pro Summa Capitali Mille florenorum similium Hospitali Vielicien Super eodem inscripto Prædio ad varios Hæredes pervenit et devoluta fue:rit deniq postquam Magnificus olim Franciscus de Brzezie Lanchoronski Suc:camerarius Palatinatus Cracoviensis Hæreditatem prædicti Prædy Czyzowskie nuncupati a Successoribus Honoratæ Przedborska Jure hæreditario acquisivis:set controversam ad psens Summam Mille florenorum Polonicalium de eodem Prædio levavit, deportavit, et ad manus Rndi Præpositi et Provisorum Hospi:talis Vielicien consignavit quam Summam Mille florenorum totam et integram Contubernium Lanionum Vielicien Citati, Apellati, a dictis Rndo Præposito et Pro:visoribus Hospitalis receperunt, eandemq in fundo seu Macellis suis Laniarys in Censum Annuum Reemptionalem coram Actis Consularibus Vielicien ut infallibili:ter præsupponitur inscripserunt, Etenim clare hoc Testimonys Juratis Scientifi:corum Testium elicitur primi Nobilium Stanislai Ostrowski 4ti Martini Szymko:wski Consulum et 5ti Nobilis, ac Spectabilis Francisci Dobrzanski Proconsulis Vielicien Ad Interrogatorium Hospitalis Primum Videlicet Nobilis Dobrzanski bene recordat quod Magnificus olim Lanchoronski Succamerarius Cracovien controversam Summam Hospitalem Mille Florenorum Polonicalium de Supradi:cto Prædio Czyzowskie transportaverit et in Macellis Laniarys Citatorum Apel:latorum ex Censu Reemptionali locaverit atq ille Testis Stanislaus Ostrowski prout ad Imum ita et ad 4tum Hospitalis Interrogatorium majorem facit pro Hospitali præsumptionem Inscriptionis ejusdem Summæ dicendo quod protunc Consul et præsens fuit, quando in publica Magistratus Sessione No:bilis olim Przedborski Possessor Prædy Czyzoviani de Intentione Magnifici Succamerary Cracovien transportandi Summam controversam et Super fun:do seu Macellis Laniarys Vielicien locandi Magistratui denuntiavit. Inde pro certa re et documento haberi sumitur Magnificum olim Succame:

merarium Cracoviensem circa depositationem hujusmodi Summæ de Prædio Suo Czyżowskie nuncupato, et circa locationem Super Macellis Citatorum Inscriptionemq Ejus Officiosam omnem advertentiam pro Securitate Sua adhibuisse eidemq defacto attendisse alioquin hancce Summam de jisdem Bonis Suis carens Iura Iurisdictionemq plenam Oppidi Wieliczka habens non deportavisset Si pro locatione ejusdem Summæ juxta dispositionem Iuris Securitatem non habuisset. Quæquidem hujusmodi Summæ inscriptio etiam pro perpetua rei memoria in Actis Contuberny Citatorum Apellatorum fuerit connotata, quam connotationem Tertius Testis Famatus Stanislaus Kurczalowicz legit in libro Conclusionum seu Sessionum Contuberny Lanionum Vieliciens existens Notarius ejusdem Contuberny Semiducnum Annorum in Sua depositione ad Interrogatorium Hospitalis Quartum sic inquiens scio quia legi in libro Conclusionum sive Sessionum Contuberny Lanionum ubi connotatio reperitur manu olim Dni Sohucki Notary ejusdem Contuberny Lanionum, respectu hujusmodi Summæ Hospitalis Mille florenorum Insuper et primus Testis Famatus Iacobus Felix immediatus Senior Contuberny Lanionum ex parte Citatorum Apellatorum inductus et per partem Apellantem exceptatus ad Interrogatorium Hospitalis quartum testatur hancce Summam inscriptam esse in Regestris Contubernalibus, visis itaq, et revisis hujusmodi Contuberny Actis ex qua revisione constat chartas tres in ijsdem Actis elaceratas esse idq Sub Anno 1699 ubi memorata Inscriptio seu mentio de eadem Summa Hospitali Mille florenorum fuerat, prout dictus Stanislaus Kurczalowicz scientifice et oculate in Sua depositione testatur. Ad extremum eo attento quod continuo ab Anno 1699. Citati Apellati pro Summa Capitali Mille florenorum polonicalium super Macellis sui Contuberny inscripta Sex a Centum prout quietationes plenissime edocent usq ad Annum 1727. exclusive sine omni tergiversatione et reclamatione Censum Reemptionalem Hospitali persolverint, nec eodem Anno ratione retenti Census ad Iudicium Consulare Vieliciens adcitati Inscriptionem negarunt, sed solum ob Calamitatem temporum minorationem Census petierunt, seq etiam Summam Capitalem Mille florenorum deportaturos declararunt, Nec obstat quod Inscriptio hujusmodi Summæ controversæ nunc non producatur, siquidem plenissime ex Inquisitione deducitur, quod Acta Prætory Vieliciensis tam tempore hostilitatis Suecicæ quam etiam Subsecuti incendy in Oppido Wieliczka multa deperierunt, defectusq aliquot Sexternionum in ijsdem Actis reperitur cum Acta illius Officy Prætoriani Vieliciens non fuerint, nec ad præsens adhuc in Volumen sint compacta. Propterea inhærendo præmissis rationibus, probationibus et motivis adductis Christi Nomine repetito per hanc nostram Sententiam definitivam quam matura intra nos deliberatione præhabita his inscriptis ferimus modernos Citatos Apellatos originaliter Actores post rem judicatam et acceptationem binorum Decretorum Iudicy Sibi competentis Consularis Vieliciens Admodum Rndum Præpositum et Nobiles Provisores Hospitalis Vieliciens modernos Actores Apellantes ad Iudi

cium Consistoriali Generale Cracouiense. prætendendo extenuationem Sum
mæ controversæ persolutionem, quamvis Super Macellis Suis Laniarys ea
dem Summa ut præmissum est inscripta dignoscatz indebite conuenisse
ac incompetenter egisse, exindeq̧ eosdem Actores Apellantes per Senten
tiam primæ Instantiæ in detruncatione. 100. florenorum polonicalium
à Summa Capitali Mille florenorum Similium grauari fecisse, damnaq̧
multa Pauperibus Hospitalis per inutiles litis expensas temere cau=
sasse declaramus, prætensa Decreta siue Sententias primam Judicy
Consistory Generalis Cracouiensis Secundam Tribunalis Nuntiaturæ Apostolicæ cas=
samus, retractamus, et reprobamus bene per Actores modernos ab ysdem Sententys -
Apellatum male verò judicatum pronuntiamus Summam Capitalem. Mille flore=
norum polonicalium Actoribus seu verius Hospitali Vieliciensi adjudicatus ean=
demq̧ Super Macellis Suis Laniarys hærere, debere, ipsosq̧ Citatos ad Solutionem
Censuum teneri adinuenimus et declaramus, ne autem imposterum aliqua am=
biguitas et controuersia de eadem Summæ Mille florenorum exoriatz, quatenus Ci=
tati Apellati coram Actis Consularibus Vieliciensibus eandem inuim Census Annui
Reemptionalis Hospitali Vielicie per florenos quinque à Centum (quoniam Sic origi=
naliter inscriptam fuisse deductum) inscribant, seu alias Inscriptionem innouent,
decernimus, injungimus, et ad eum effectum mandatum executiuum cum termino -
Sex dierum relaxamus, alias pro meliori executione hujusmodi puncti ad Judicium
Consulare Vielicense in quo Judicio eadem causa jam perprius mota et decisa fuit
remittimus. Quo verò ad Census per decem Annos alias à tempore motæ litis re
tentos licetsi Citati eosdem soluere deberent, nihilominus habito respectu moderna
rum Calamitatum Regni de benignitate Judicy Nostri nonnisi pro Annis tribus im
mediate præteritis Partibus inter se componere mandamus. Damna et litis ex
pensas etiam de benignitate Citatis condonamus, et ab ijsdem absoluimus, dum mo
do huic Nostræ Sententiæ acquiescant, alioquim reclamamus et ysdem condemnamq̧
quarum taxam nobis vel cui de Jure reseruamus, et ita dicimus decernimus
definimus, et definitiue Sententiamus, non solum præmisso sed et omni alio meli=
ori modo. Ita pronuntiavi Ego M. Joannes Lukini. V. Juris Doctor Cano
nicus Cathedralis Cracouiensis uti et tanquam Rescripti Romani Judex et
Executor mpp. Præsente me Francisco Ziebinski Publico Sacra Authoritate.
Apostolica et Causæ præmissæ Notario.
Ex Actis Actorum Notariatus mei infrascripti extractum et Sigillo meo
Polito communitum.

Franciscus Ziebinski Publicus Sa. Authte.
Apostolica et Causæ pmissæ Notarius
mpp

L. S.



~~Domeyko, Ignacy~~

Wiel 1740

259

1740. 13. IX.

Augustus III rex Poloniae gen. Josephum Zuchalski .....
a civitate Wieliczka accusatum citat


k. 58

Publ. Kod. Wiel. s. 147–148

Augustus III Dei Gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithvaniæ Russiæ Prussiæ Masoviæ Samogitiæ Kijoviæ
Volhyniæ Podoliæ Podlachiæ Livoniæ Smolensciæ Severiæ Czerniechoviæque nec non Hæreditarius Dux Saxo
niæ Princeps et Elector

Vobis Groso Josepho Zuchalski Instigatori Officij Castri Capitanealis Crac. uti Mgco Romano a Bogusławice Siera
kowski Capitaneo Nro Ossianovienzi Notario Castrensi Crac. Mandatario atque Illemet Ipsi Mgco Romano Sierakowski Capi
taneo Nro Ossianovienzi nec non Mgco Theodoro Chwalibog Burgrabio Arcis Nræ Crac. per Laudis Palatinatus Crac. in Conven
tu Particulari Prosoviciensi post fata olim Gsi Francisci a Potok Potocki Capitanei Nri Electo Marschalco de Per
sonis Bonisque Vris quibusvis ac Cau. miss. Mandamus ut coram Nobis Senatoribus Regni et Magni Ducatus Lithva
niæ tum Nuncijs Terrestribus ad Judicandas Causas Comitiales Deputatis in futuris Deo dante Comitijs Regni Ge
neralibus Varsaviæ aut Grodnæ Celebrandis sexta die ab Inchoatione Eorundem Comitiorum prima tamen exclusa
et non computata seu tum deinde et quando Causa Præsens ex Regestro Comitiali vocandarum Causarum publice ad Judi
candum inciderit acclamataque fuerit plito Ultimo peremptorieque Compareatis. Idque ad Instantiam Grosi Instiga
toris Regni Ejusque Delatorum Sptlium Proconsulis Consulum Advti Scabinorum totiusque communitatis Civitatis Nræ
Vieliciensis Actorum Qui quidem Actores Citant Vos seu potius revificando Causam et Actionem fato olim
Grosi Francisci a Potok Potocki Capitanei Nri præteriti per Laudum Palatinatus Crac. in Conventu Parti
culari Prosoviciensi Electi Marschalci interruptam revificatorialiter Adcitant Idque pro eo. Quod licet
Vos optime sciveritis de præscripto Legum Regni publicarum Cives et Incolas in quibusvis Cau
sis coram suo Magistratu Magistratum vero coram Nobis ac Judicijs Nostris Assessorialibus
respondere debere in Convulsionem tamen ejusmodi Legum Regni procedendo ac pœnas exinde
non formidando Delatores ex Instantia unius Vestri nempe Generosi Zuchalski ad Officium Ca
strense Capitaneale Cracoviense ratione Contributionis Duellaris Illi Mgco Sierakowski solvendæ
adcitari taliterque Delatores Soli Magistratui et Jurisdictioni Nræ Regiæ Subjecta extra forum Compe
tens evocari tum ipsammet Contributionem eandem Duellarem contra Obloquentiam Jurium ac Privilegiorum
a Serenissimis Antecessoribus Nris et Nobismet Ipsis collatorum nec non publicarum Legum Regni et po
tissimum Anni 1717 nulliter inter Vos assignari et extendi atque Privilegia et Constitutiones con
velli fecistis ac pœnas Legibus Regni Sancitas exinde demeruistis. Citamini igitur ad vi
dendum et audiendum ejusmodi pœnas super Vobis extendi quod Civitas Nostra Velicieniensis uti
de Bonis Nostris Oeconomicis non subsit solutioni Contributionis Duellaris declarari eandemque
Civitatem Nostram Viclicienscem circa Jura sua Privilegia etiam recenter obtenta nec non publi
cas Regni Constitutiones conservari Vosque in damnis et litis expensis condemnari.
Pro quo Termino uti peremptorio Citati modo suprascripto Compareatis ad videndum at
tentari et ab attentanda in Castro Cracoviensi Causa sibi Actoribus instituta tam
a quavis Impetitione Civitatis Nostræ ac in ea Civium et Incolarum respectu præten
sæ Contributionis Duellaris quod omnino fieri volumus et sub pœnis contra
Convulsores Literarum Nostrarum sat severe Legibus sancitis observari demam
damus ad Decisionem Causæ in Judicijs Comitialibus Regni Generalibus omni
no supersessum Datum in Cancellaria Regni. Feria Tertia ante Festum Exaltatio
nis Sacratæ Crucis proxima Anno Domini Millesimo Septingentesimo Quadra
gesimo.








1743 13. IV.

Augustus III rex Poloniae S. Sknestuski ceterisque commissariis mandat, ut inspectionem omnium actionum magistratus Veliciensis faciant



Augustus Tertius Dei Gratiâ Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolensciæ, Severiæ, Czerniechoviæq: necnon Hæreditarius Dux Saxoniæ et Princeps Elector.

Generosis Bartholomæo Skrzetuski, Venatori Chelmensi, Vice Zuppario Salisfodinarum Nostrarum Vieliciensium, Stanislao Antonio Jasieński Vice Colonello Leyb Guardiæ Nostræ Equestris, et Christophoro Rudnicki Subdelegato Castrensi Cracoviensi, tum Nobili Joanni Chorospowski Notario Actorum Judicij Magnæ Procurationis Nostræ Cracovien: (: quem Nos etiam Præsentis Nostræ expediendæ Commissionis pro Notario Decretorum designamus:) Commissarijs Nostris, Fideliter Nobis Dilectis, Gratiam Nram Regiam. Generosi Fideliter Nobis Dilecti. Intelleximus tam ex Relatione certorum Consiliariorum Nrorum Lateri Nro Assidentium, quam ex Supplici Libello ab Oppidanis Nris Vielicien: Nobis porrecto, multa Odia, Contentiones, et dissensiones inter Personas in Magistratibus ejusdem Oppidi exortas esse, proinde nè hocce Oppidum ac Incolæ ejusd: ad ultimam vergantur ruinam, Nos Potestate Nrâ Regiâ, in virtuteq: Directi Nri in omnes Civitates et Oppida Regni Nri Dominij, Fidelitates Vras (: de quarum integritate Conscientiæ, Prudentia, et in Rebus agendis Dexteritate optimè persvasi sumus:) requirendas esse censuimus, requirimusq: præsentibus Literis Nris, ac Iisd: Mandamus, quatenus constituto inter se certo tempore, extraditisq: (: juxta praxim Juris:) Literis Suis Innotescentialibus, in Fundum ejusd: Oppidi Wieliczka condescendant, ibidemq: in Prætorio, sive alio loco commodiori sibi beneviso, Jurisdictione Suâ Commissoriali fundata, ac per Ministerialem Rni Gnalem publicata, tam toti Magistratui quam Communitatibus coram Judicio suo Commissoriali comparere demandent, ac imprimis de Electione constitutarum in Magistratu Personarum, ac earum Capacitate, Qualitatibus, bonaq: fama, ac probis et honestis Earum moribus, tum utrum ritè et legitimè ead: Electio peracta sit inquirant, et utrum præfatæ Personæ in Magistratibus ritè ac legitimè collocatæ cognoscant, ac pro ratione Juris, Æquitatis, et Privilegiorum eid: Oppido servien: resolvant, abusus quosvis in ead: Electione commissos tollant, et in posterum committendos interdicant, Contractus Arendatarios Advocatiæ Vielicien: et Villæ Grabowki quibuscunq: Personis datos trutinent, cognoscant, rescindant, cum verò Contractum qui

4to

cum majori emolumento ejusd. Oppidi, ac Boni Usus Publici conscriptus apparuerit approbent, Internum et Externum Regimen Magistratûs introspiciant, Calculum de Proventibus Publicis ac privatis nec non à Nbli Georgio Schultz ex Tenuta Bonorum Grabowski ac alijs Civitateng. |: non obstantibus quibusvis Decretis vel Transactionibus hoc in Negotio Subsecutis :| perceptis excipiant, et si in Usus Privatorum conversi fuerint, Restitutionem injungant, Injurias particulares inter quasvis Personas ejusd. Oppidi |: Causas Succesionum ac Fundi nihil quidquam tangendo :| needum in Judicijs finaliter decisas disjudicent, Publicis ac privatis Contributionibus, vel alijs Dationibus et Angarisationibus, utrum aliquis Civium vel Suburbanorum praeaggravatus fuerit, eaedemq. Contributiones, utrum in tanta solummodò quantitate, qualem necessitas poposcerat exigebantur, seriò investigent, indagent, etiam Inquisitiones, si opus fuerit expediant, et quidquid Justitia et Aequitas svaserint decernant, tum ea omnia quae ex Orbita Boni Regiminis, Jurium et Privilegiorum totius Oppidi, quam cujuscunq. Personae Civilis exciderit, id omne ad debitum redigant Ordinem, Fiscalem ad praesens Commissionem necessarium constituant, Ipsum Josephum Kepski Judicem Succamerarialem Cracoviae per Nos ad ulteriorem Nram Dispositionem constitutum, ad Judicium Suum deleitare demandent, vel Literis Suis Innotescentialibus ad comparendum obdestinent, Decreta Ipsius ac factas tam in Publicis quam privatis ejusd. Civitatis Negotijs Dispositiones cognoscant, resolvant, nihilq. intactum relinquendo omnia Similiter disjudicent, ac praecisâ Appellatione decidant, Satisfactionemq. Cui à quo competierit demandent. Facturae sunt praemissa omnia Fidelitates Vrae pro Gratia Nostra et Officiorum Suorum debito. Datum Dresdae Die XIV Mensis Aprilis Anno Domini MDCCXLIII Regni verò Nostri X Anno.

Augustus Rex

Joannes Golski Subdapifer Districtus Chencinensis, Sae Rae Mtis Sigilli Regni Secretarius

Commissio ad Oppidum Wieliczka pro disjudicatione Controversiarum inter Cives ejusd. Oppidi subseccutarum data.

de
Bono-
autto
onver-
nas
m in
is Da-
gra-
ucalen
es, si
m ea
eam
Fisca-
m
itro
is In-
cam,
pre-
man-
et
Anno

Dus
illi
nerig
ff

lives

195

Oblatt et Inductt ad Acta Officij Consularis
Vrbicien Feria 5ta post Dñicam Misericordiae
proxima Die 2da Mensis Maij A.D. 1743.

Wieliczka

213

1753 26. I.

1753

Augusti III transsumptum decreti regis Kasimiri II inter civitatem Wieliczka et Barbaram Swincerowa

Publ. Kod. Wiel. s. 156-152

61-64

Augustus Tertius Dei Gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæ Masoviæ, Samogitiæ Kijoviæ Volhyniæ Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolensciæ, Severiæ, Czerniechoviæq. necnon Hæreditarius Dux Saxoniæ Princeps et Elector.

Significamus præsentibus Literis Nostris Quorum interest Universis et singulis, Reperiri in Actis Metricæ Regni Decretum inter Civitatem Vielicien., et Nobilem Barbaram Swincerowa infrascriptum tenoris sequentis. Casimirus Dei Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæq. Dominus et Hæres. Significamus tenore præsentium quibus expedit Universis præsentibus et futuris. Quomodo orta inter Providos Consules totamq. Communitatem Civitatis Nostræ Vielicien. tanquam Actores ex una, et inter Nobiles Terrigenas Nostros videlicet Barbaram Swincarowa de Boguczyce, Johannem de Raczyborzany Margaretham relictam, olim Zawiszy de Lednicza, Petrum Blandowski, Joannem Tuszynski, et Nicolaum de Sczircza ab altera Partibus, pro et super Tabernis circum circa Nostram Civitatem Vielicien. in præjudicium ejusdem ac destructionem per ipsos Nobiles locatis, constructis et erectis Materia quæstionis. Qua

tandem

tandem ex Commissione Nostra et Mandato Speciali coram Judice et Subjudice Crac. Generalibus introscriptis judicialiter vertente per Eosdem justa Juris formam et exigentiam discussa extitit, et Sententiata prout hoc in Litera Judiciali Judicis et Subjudicis eorundem clarius dinoscitur contineri. Cujus Literae tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis. Nos Johannes Rokosz de Koszczyszcze Judex, et Nicolaus de Czarnoczyn Subjudex Terrae Crac. Generales. Notum facimus quibus expedit Universis praesentium Notitiam habituris. Quod cum in Curia Serenissimi Principis, et Domini Domini Casimiri Dei Gratia Regis Poloniae etc. Pro Tribunali judicialiter sedebamus, tunc coram Nobis ac Assessoribus Nostris Nobis cum protunc judicialiter praesidentibus inter Famosos Consules, ac totam Communitatem Civitatis Vielicien. tanquam Actores ex una, et Nobiles Terrigenas, videlicet Barbaram Swinczarowa de Boguczycze, Johannem de Raciborzany, Margaretham Relictam Zawissy de Lednicza cum Petro Blandowski, Johanne Tyszynski, et Nicolao Szyrski ab altera Partibus, pro de et super Tabernis juxta Mandatum Regiae Majestatis, Materia quaestionis judicialiter vertebatur. Tandem Serenissimus Princeps et Dominus Dominus Casimirus Dei Gratia Rex Poloniae etc. Cum Consiliarijs suis totaliter adinvenerunt, Inter Eosdem Consules, seu Communitatem ejusd. Civitatis Vielicien., et Eosdem Nobiles. Et similiter Judicium decrevit. Quia Taber-

nae

nae, quae sunt inter Septiones seu viccos alias Oplotki, quae eaedem Civitati sunt nocivae, debent destrui et totaliter annihilari, circumquaq eandem Civitatem jacentes, et nunquam debent, et debebunt ultra locari in contemptum seu destructionem ejusdem Civitatis Vieliczen, sed aliae Tabernae, quae sunt ex antiquo locatae, Eorundem Nobilium Haeredum debent stare, ut in forma in Villis ipsorum. In cujus rei Testimonium Sigilla Nostra praesentibus sunt appensa. Actum et Datum Cracoviae in Curia Ejusdem Serenissimi Principis et Regis Sabbatho proximo post Dominicam Misericordiae, Anno Domini, Millesimo Quadringentesimo Quinquagesimo Sexto. Praesentibus his, Magnifico et Nobilibus, Joanne de Czyzow Castellano, et Capitaneo Cracovien, Dobeslao Kmitha de Wisnicze, Johanne de Kowalow, Nicolao de Wiedzicze, Nicolao de Jamamicze, et Johanne de Barczkow, ac alijs quam pluribus Testibus fide dignis. Nos igitur cum Consiliarijs Nostris super ea re sufficienter deliberati, tum Sententiae memoratae praefatorum Judicis et Subjudicis Cracovien ex Commissione et Mandato Nostris promulgatae judicialiter, tum etiam Literis confirmatorijs, Progenitoris Nostri Charissimi, quibus alia Litera Regis Casimiri Praedecessoris Nostri Divae Memoriae desuper concessa confirmatur, et demum Nostris, ipsis paulo ante datis et concessis innitendo decre-

umus

vimus, et praesentibus decernimus Memoratas Tabernas, prout praemittitur, locatas et erectas, destruendas, et funditus evellendas, et nunquam easdem denuo amplius constituendas, vel locandas, justa Continentiam hujusce Literae, quae praesentibus est inserta. Quo circa Tibi Generoso Petro de Pieschowa Skała Moderno, seu alijs pro tempore existentibus Succamerarijs Cracoviensibus mandamus seriosè committendo. Quatenus vigore Nostrae Auctoritatis, quam Tibi praesentibus concedimus, hujusmodi Tabernas, sicut praemissum est circum circa Civitatem Vieliciensem constructas et erectas, funditus evellas, destruendo, nec eas denuo construi aut aedificari permittas. Pro Gratia Nostra. Harum, quibus Sigillum Nostrum appensum est Testimonio Literarum. Datum Cracoę Sabbatho proximo post Dominicam Misericordia Anno Domini, Millesimo, Quadragentesimo Quinquagesimo, Sexto. Praesentibus Reverendo in Christo Patre Domino Thoma Episcopo, Johanne de Czyżow Castellano et Capitaneo, Johanne de Tenczyn Cracovień, Johanne de Oleschnica Sandominiensi, Derslao de Rytwany Siradiensi, Andrea Odrowans, Leopolień, Palatinis, Predbono de Koniec Pole Sandomię Lupicza de Rogow Siradiensi, et Regni Poloniae Vice Thesaurario, Krzeslao de Kurozwanki Lublineń Castellanę alijsq pluribus ad praemissa. Relatio Venerabilis Johannis

Luthek

Luthek de Brzeze Utriusque Juris Doctoris, Archidiaconi Gnesnen., Sacri Apostolici Causarum Auditoris Palatij et Regni Poloniae ViceCancellarij. Quod ejusmodi Decretum suprascriptum prout in Actis Metrices Regni continetur, Nos ex ijsdem fideliter describi et Parti postulanti Authentice extradi permisimus. In quorum fidem sigillum Regni est appressum. Actum Varsaviae Feria Sexta in Crastino Festi Conversionis Sancti Pauli, Die scilicet Vigesima Sexta Mensis Januarij, Anno Domini Millesimo, Septingentesimo, Quinquagesimo Tertio, Regni vero Nostri XX. Anno.

Joannes Malachowski
Supr. R. Cancellarius

Relatio Illmi et Exllmi Dni Joannis Comitis in Konskie et Bialaczew à Malachowice Malachowski Supremi Regni Cancellarij Opocznensis et Ostrolecen. Capnei



Ignatius Ludovicus Bowidz
S. R. Mtis Secretarius

Ex Act. Ao 1456.

Decretum inter Civitatem Velicienssem, et Nblem Barbaram Kuncerowa.

6 oll

1456. No

Decretum Inter Civitatem Vielicensem et N. Barbaram Swienczarowa ratione propinationis et alios, pt Curiam Regiam latū et depromptum 1753.

Dekret ferowany 1456.

No 37.

No 4.

No 3

186

1763 25. IV.

Augustus III rex Poloniae commutationem certi fundi altaristae s. Katherinae in ecclesia Vielicensi pro pensione ex thesauro Zupparum, confirmat.

Publ. Kod. dipl. s. 152–163

65–72

Augustus Tertius DEI Gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Kijoviae Volhyniae, Podoliae, Podlachiae, Livoniae, Smolensciae, Severiae Czernichoviaeque nec non Haereditarius Dux Saxoniae et Princeps Elector.

Significamus praesentibus Litteris Nostris, quorum interest Universis et Singulis: Expositas coram Nobis esse Literas Papyraceas continentes in se Decretum Venerabilis Judicii Consistorialis Generalis Cracoviensis super certa approbatione transactionis occasione pensionis ex Thesauro Zupparum Nostrarum Velicziensium ex commutatione Fundi Altaristae tituli Sae Catharinae in Ecclesia Vieliciensi dotalis solvendae inter Partes in eadem Transactione specificatas, inita die 15. Decembris anno immediate elapso prolatum, ex Protocollo Actorum eiusdem Consistorii Cracoviensis Generalis extractum, sigilloque eiusdem Consistorii communitum ac manu propria Actuarii subscriptum, sanas, saluas et illaesas, nullique suspicionis notae subiectas; supplicatumque Nobis est nomine Generosorum Officialium Zupparum Nostrarum Vieliciensium ut eandem Transactionem commutationis supra nominati fundi eodem Decreto alte memorato approbatam et Nos autoritate Nostra Regia confirmaremus, ratificaremus et approbaremus; cuius Decreti et Transactionis intro contentae tenor de verbo ad verbum sequitur estque talis: Anno Domini Millesimo Septingentesimo, Sexagesimo, Secundo Die Mercurii decima quinta Mensis Decembris. Coram Illustrissimo, Reverendissimo Domino Francisco de Potkiana Potkanski Dei et Apostolicae Sedis Gratia Episcopo Patarensi, Suffraganeo, Canonico, Vicario in spiritualibus et Officiali Generali Cracoviensi, comparens personaliter in publica causarum audientia Nobilis Adalbertus Banaczkowski, Magnifici Stanislai Skrzetuski, Thesauri S. R. Mtis Zupparum Vieliciensium Vicezupparii Actoris Procurator, in termino hodierno ex citatione literali debite executa provenienti, contumaciam Nobilis Stephani Czekayski, Oppidi S. R. Mtis Wieliczka Syndici et Honestae Barbarae olim Honesti Michaelis Oles Incolae Vieliciensis consortis, viduae relictae, pro die et termino hodierno citatorum et non comparentium, accusavit, et in eorum contumaciam, Transactionem subinsertam occasione assignatae Pensionis ex Thesauro Zupparum Vieliciensium infrascripto citato quotannis praestandae, idque pro fundo dotali altaris tituli S. Catharinae V. M. in Ecclesia Parochiali Vielicien. fundati possessionis eiusdem citati, in necessitatem dicti Thesauri Zupparum Vieliciensium accepti, aliarumque rerum in eadem Transactione descriptarum, inhaerendo revisioni et descriptioni infra scriptae eiusdem fundi Bakłowskie vocitati per Commissarios ab officio praesenti deputatos in loco loci die decima nona Octo-

bris anno currenti expedita, in evidentem utilitatem eiusdem altaris S. Catharinae, ipsiusque altaristae pro tempore existentis, inter partes in eadem transactione specificatas factam, autoritate ordinaria approbari, confirmari, ratificari, literasque approbationis et alias necessarias decerni et in forma solita extradi, mandari postulavit. Praesente Nobili Adalberto Mystowski, Cancellariae officii praesentis Regente, Reverendi Georgii Babkowski in ecclesia parochiali Vieliciensi tituli S. Catharinae V. M. Altaristae citati Procuratore, in approbationem praemissae transactionis consentiente. Illustrissimus Reverendissimus Dominus Officialis Generalis Cracoviensis, viso Contractu emphyteutico super fundo Babklowskie dicto, altaris S. Catharinae Ecclesiae Vieliciensis dotali, autoritate ordinaria die Lunae vigesima quinta Iunii Anno Millesimo, Septingentesimo, Quadragesimo Primo approbato, lectaque subinserta Transactione seu Contractu inter suprascriptas partes, occasione assignatae pensionis altaristae tituli S. Catharinae pro fundo dotali eiusdem Altaristae anno currenti millesimo septingentesimo sexagesimo secundo facto, lectaque revisione huiusmodi fundi Babklowskie dicti, per commissarios ab officio praesenti deputatos die decima nona Octobris anno currenti, de loco, situ, positione, latitudine et longitudine sufficienter descripti, considerata loci pii pro tempore emergen(te) maiori utilitate, pro Altarista facienti huiusmodi Contractum seu Transactionem in omnibus punctis approbavit, confirmavit, ratificavit robur autoritatis ordinariae et perpetuae firmitatis, pariter et Decretum desuper apposuit. Literasque approbationis, confirmationis et ratificationis extradendas decreuit. Praesentibus Illustribus Clarissimis Admodum Reverendis MM. Iacobo Marciszowski Collegiatae SS. O. O. Cracoviae Primicerio in Koniusza, Andrea Lipiewicz U. I. Doctoribus, Collegiatarum S. Michaelis in Arce Cracoviensi Decano, dictae SS. OO. Cancellario, in Igotomia Curatis et me Francisco Ziębinski U. I. Doctore dictae Collegiatae SS. OO. Decano, Andreoviensi Praeposito, Consistorii Generalis Cracoviensis Actuario. Contractus emphyteutici series huiusmodi. Anno Domini millesimo septingentesimo quadragesimo primo die Lunae vigesima quinta Mensis Iunii. Coram Perillustri et Reverendissimo Domino Stanislao a Sireszko Sireski Ecclesiae Cathedralis Cracoviensis Primicerio Iudice surrogato in publica causarum audientia comparens personaliter Nobilis Adalbertus Bonaczkowski Famatorum Michaelis Oleś Incolae Vieliciensis et Barbarae Coniugum, Principalium Actorum Procurator, in termino hodierno ex actis et conservatione illius, his in Actis iudicialiter facta et connotata provenienti producta revisione fundi et domus Babklowskie dicti in platea Strzyzkowska Vieliciae sitae Altaris S. Catharinae in Ecclesia parochiali Vielicien(si) dotalis; sibi Actoribus emphyteutico Contractu per Admodum Reverendum

Adamum Gaydzinski, Vicarium Vieliciensem, dicti Altaris S. Catharinae modernum possessorem dimissi, per Dominos Commissarios a iudicio praesenti specialiter deputatos, in loco loci expeditae, ex qua quoniam patet praefatam domum notabili reparatione et sumtu indigere, ideo huiusmodi Contractum, in omnibus et singulis illius punctis, clausulis, articulis, nexibus, ligamentis et conditionibus universis approbari, ratificari, confirmari, robur autoritatis ordinariae, pariter et decretum apponi. Literasque approbationis, confirmationis et alias desuper necessarias decerni et in forma solita extradi mandari, accusata contumacia quorumuis Interessatorum postulavit. Perillustris et Reverendissimus Dominus Iudex surrogatus supra memoratus, visa revisione per Dominos Commissarios expedita et attenta necessitate sumtuum pro noua domo ac aliis necessitatibus faciendorum, praenominatum emphiteuticum Contractum approbavit, nihilominus quatenus Admodum Reverendus Altarista intra mensem, signa limitum pro futuro tempore ad dignoscendum praedictum fundum servientia cum testibus, ipsorumque subscriptionibus conscribere et describere procuret et taliter descripta penes ecclesiam conservari faciat, mandavit, utiquidem approbat et mandat. Decreto praesenti mediante. Praesente me Adalberto Ceypler Utriusque Iuris Doctore, Kielcensi et SS. OO. Cracoviae Decano, Consistorii Generalis Cracoviensis Actuario. Cuius quidem Contractus tenor sequitur estque talis. | Między Imćią Xiędzem Adamem Gaydzinskim Kościoła Farnego Wielickiego Wikarym y Kommendarzem, oraz Altarista Swiętey Katarzyny wtymże Kościele Farnym Wielickim z iedney, a PP. Michałem Oleś y Barbarą Olesiową Małżonkami z drugiey, stanął pewny y uniczym nieodmienny Kontrakt y postanowienie, wten niżey opisany sposob. Iż pomieniony Imć Xiądz Gaydzinski iako Altarysta S. Katarzyny przerzeczonego Kościoła Wielickiego maiąc Dom Bąłłowski nazwany na ulicy Krzyżkowskiey w Wieliczce do Altaryi S. Katarzyny Kościoła Wielickiego należący, także do tegoż domku ogrody sad fruktyfikuiący, który to Dom zderolowany teraz żadnego pożytku Imći Xiędzu Altaryście nie czyni, gdyż znacznym sumptem we wszystkim potrzebuie reparacyi. Pomienieni zaś PP. Olesiowie Małżonkowie reparować czyli de novo wystawić ten Dom y z tak wystawionego corocznie pensionem infrascriptam ad idem altare S. Katarzyny podeymuią się płacić: dla czego Imć Xiądz Gaydzinski Altarysta S. Katarzyny w Wieliczce, tenże Dom z sadem y ogrodem, ponieważ żadnego pożytku z niego nie bierze, PP. Olesiom y ich legitimis successoribus ex recta linea descendentibus ad tertiam inclusive generationem w possessyą in emphyteusim puszcza, z takową obligacyą aby PP. Olesiowie cum suis successoribus in recogni-

tionem proprietatis praefatae Domus horti et pomarii Altaristae S. Catharinae Vieliciensi competentis, pensyi czyli czynsu ziemnego Złotych polskich trzydzieści dwa, dico 32. Jml Xiędzu Gaydzinskiemu et ipsius succedaneis pro tempore existentibus Altaristis corocznie non obstante quavis calamitate et hostilitate in Regno płacieli; który to czynsz Złotych polskich trzydzieści dwa ciż PP. Olesiowie Małżonkowie sobie y swoich Sukcessorow, mediante manuali Altaristae supradicti quietatione płacic teraznieyszym Kontraktem continuis annis a data praesenti obowiązuią się. Ten zas Dom zogrodem swoim y sadem do Jurysdykcyi Mieyskiey nie nalezy, ani nalezec ma, zadnym podatkom oprocz pogłownego które personas tylko afficit, niepodlega chybaby ciż PP. Olesiowie mieyskie przyiąc mieli, albo szynk prowadzic chcieli, lub solą przekupowali, kupiectwem się iakim bawieli na ten czas de personis suis obligowani będą do miasta takowe podeymowac podatki, co fundum ecclesiasticum respicere nie powinno. A iezeliby miasto Wieliczka wiakie exakcye z tego domu cum adiacenti fundo PP. Olesiow vel ipsorum successores wciągac miało, nalezyc będzie do Jml Xiędza Altarysty, od takowych kontrybucyi bronic, et eosdem liberos conservare, exceptis iednak revolutionibus in Regno, którym wszyscy ob commune malum podlegac muszą, y na ten czas ile będzie mogł Jml Xiądz Altarysta pro tempore existens zabraniac obliguie się. PP. zas Olesiowie czyli ich Sukcessorowie, iezeliby wypłacic niechcieli, tedy po dwoch rokach zatrzymanych pensyi in poenam wolno będzie Jmli Xiędzu Altaryscie S. Catharinae Vieliciae uti Domino directo, in possessionem suam praefatam domum cum horto et pomario odebrac. Pomienioni PP. Olesiowie sive eorum successores sine omni lite in praefato casu non solutionis ustąpic powinni, in possessione zas nigdy Emphyteutorios Contrahentes y ich Sukcessorow praetextuosa aliqua ratione praepedire Jml Xiądz Altarysta nie ma y do tego się strony ab utrinque obliguią. Approbacyą ninieyszego Kontraktu w Konzystorzu generalnym Krakowskim PP. Olesiowie starac się y onne otrzymac powinni. Chce zas miec ten Kontrakt in suo valore Jml Xiądz Gaydzinski post tertiam generationem PP. Olesiow, iezeli ad officium dictum Consistoriale generale Cracoviense pro obtinenda prorogatione approbationis recursum uczynią, y innego Kontraktu inter succedaneos Altaristas S. Catharinae Vieliciensis de lineaque contrahentium successores czynic nie powinni ani potrzebowac będą hoc eodemque praesente Contractu Emphyteutico ex-

tunc semper suo in robore manente. Ktory to Kontrakt titulo Emphyteusis puszczonego Domu y gruntu JmC. Xiądz Gaydzinski siebie una cum succedaneis Altaristis wzwyż pomienionym PP. Olesiom inviolabiliter nexibus et conditionibus omnibus manuteneri obiedwie się wzaiemnie PP. Olesiowie in onere et conditionibus supra expressis Possessores afficientibus ten Kontrakt zyscie wypełnic, siebie y swoich sukcessorow obliguią się, y dla lepszey wiary y wagi Strony obiedwie rękami własnemi podpisuią się w Wieliczce przy uproszonych ab utrinque przyiacielach nizey podpisanych. Anno Domini millesimo septingentesimo quadragesimo, die vigesima Octobris. Adamus Gaydzinski Vicarius Mansionarius et Altarista S. Catharinæ manu propria. Ex parte Admodum Reverendi Domini Altaristæ ut supra Blasius Dębowski V.M. B. manu propria. Ex parte PP. Olesiow uproszony Szymon Pacewicz Podhachmistrz Wieliczki manu propria. Michał Oles iako nie umieiący pisać kładzie trzy krzyzyki XXX. Barbara Olesiowa nie umieiąca pisać kładzie trzy krzyzyki XXX. Transactionis Tenor sequitur estque talis. Między Wielebnym Jmcią Xiędzem Jerzym Bąbkowskim tituli S. Catharinæ in ecclesia parochiali Vieliciensi Altarystą fundi Bąkłowskie ad altare Sæ. Catharinæ in dicta ecclesia Vielicensi fundati spectantis, vigore iurium suorum Possessorem z iedney a Skarbem JKMci Zupp Wielickich tudzież Wielmoznym Jmcią Panem Stanisławem Skrzetuskim iako tychze Zupp Wielickich JKMci Podzupskiem o zamianę Gruntu Bąkłowskie nazwanego za Kosciołem Szpitalnym S. Ducha w Wieliczce przy drodze Krakowskiey ex opposito Dworku Jmci Pana Adamskiego Pisarza Komory Wielickiey y Sławetnego J. Pana Kazimirza Zwolinskiego Woyta Wielickiego lezącym y z swoim tam domkiem wystawionym znayduiącym się stało się pełne y wniczym nieodmienne postanowienie albo raczey permutationis Kontrakt. Iz namieniony JmC Xiądz Bąbkowski tegoż Gruntu Bąkłowskie rzeczonego a suis antecedaneis Altaristis S. Catharinæ Possessor lubo zastał tenze Grunt z domkiem in arendam kontraktu emphyteutico Uczciwemu Michałowi Oles y Barbarze Małzonkow die vigesima Octobris Anno Domini millesimo septingentesimo quadragesimo spisanym ac decreto Consistorii Generalis Cracoviensis die Lunæ vigesima quinta mensis Junii. Anno Domini Millesimo septingentesimo quadragesimo primo ad tertiam inclusive generationem approbowanym in liberam possessionem et usum tymze Olesiom małzonkom iako tez y ich Sukcessorom puszczonym y podług tego Kontraktu tak JmC Xiądz Bąbkowski iako tez y iego Antecessorowie Altaristæ Sanctæ Catharinæ Kwotę umowioną w Kontrakcie emfiteu

tycznym wyrazoną in vim census annui pro recognitione proprietatis dicti fundi Bąbklowskie nominati ad idem Altare spectantis odbierali y odbierał. Gdy z woli Pana Boga nastąpił przypadek ktorym gruntu y wybudowania roznego do Zupp JKMci Wielickich należącego nie dawnemi czasy a niespodzianie zapadnienie y zawalenie się przytrafiło, na ktore zapadnienie y zawaliny zarzucenia zawalin ziemią czyli gruntem potrzeba ile z poblizszego mieysca wyciągała nieodwloczna a to dla uniknienia publiczney do Skarbu Zupp JKMci przychodzących y przyieżdżaiących potrzeby JmĆ Xiądz Bąbkowski będąc o ustąpienie albo raczey zamiane tegoż gruntu dla Zupp Wielickich na wspomiony interess rekwirowany nie wprzod do tego przystąpił pokądby nie wyszło pozwolenie na wzamiane tego to gruntu od urzędu duchownego. Że zaś attenta hac prementi necessitate communi summe necessaria interveniente, ex officio Consistoriali Generali Cracoviensi tegoż to Gruntu Bąklowskie in suis metis, limitibus, latitudine, longitudine et circumferentia przez WW. JchMciow Deputowanych Kommissya, rewizya y opisanie nastąpiło, więc in fundamento huius expeditæ Commissionis z Skarbem JKMci Zupp Wielickich y Wielmożnym JmCią Panem Stanisławem Skrzetuskim iako Podzupkiem tychże Zupp JKMci Wielickich JmĆ Xiądz Bąbkowski swoim y Sukcessorow swoich Altarystow S. Katarzyny imieniem umowił się w ten Sposob. Primo. Zupp Wielickich JKMci gdzie indziey się nie referuiąc JmĆ Xiądz Bąbkowski y iego Sukcessorowie Altaristæ Sanctæ Catharinæ nulla obstante calamitate etiam publica corocznie odbierać będą powinni Złotych polskich osimdziesiąt, per quatuor temporum rathas; to iest pro Festo Sanctæ Luciæ Złotych dwadzieścia, pro Festo Sancti Mathiæ Złotych dwadzieścia, pro Festo Sanctissimæ Trinitatis Złotych dwadzieścia pro Festo Sancti Mathæi Apostoli cuiuslibet anni reliquos Złotych dwadzieścia a to za ręcznym kwitem przez JchMciow Xięży Altarystow S. Catharinæ Vieliciensis; maiącym bydź danym y podpisanym a Festo seu Quartuali Sanctæ Luciæ anno currenti millesimo septingentesimo sexagesimo secundo, takowe zaczynaiąc odbieranie. Secundo. Gdy JmĆ Xiądz Bąbkowski kontraktu emfiteutycznego iako Dekretem ut præmissum est approbowanego sam przez siebie odmienić et autoritate privata odstąpić nie może y nie powinien; więc Skarb JKMci Zupp Wielickich z uczciwą Barbarą Oleską niegdyś Uczciwego Michała Olesia Małżonką wdową pozostałą za tenże kontrakt emfiteutyczny z Barbarą Oleską unowiwszy

80 Z/20

się teyże Barbarze Olesce z Skarbu cotydzien po Złotemu iednemu immutabi-
liter ex Regestro miserabilium quoad vixerit wypłacać deklarowali y miesz-
kania w Domku in fundo commutato wystawionym wraz z Krewnemi swo-
iemi namienioney Barbarze Olesce attento infra scripto contractu emphy-
teutico dobrowolnie pozwolił y przyrzekł. Tertio. Co do Kontrybucyi z tegoż
to gruntu Bąbkowskie, y na nim wystawionego Domku corocznie Miastu
JKMci Wieliczka maiących bydź wypłacanych należy się, huius contributio-
nis Miastu Wieliczka exolvendæ quotannis pro Festo S. Michaelis Ar-
changeli po Złotych 8 - 11. gr. 29. Skarb Zupp JKMci Wielickich wraz
z W. Jmcią Panem Podżupkiem teraz y na potym będącym onus na sie-
bie zabiera. Itak zważywszy prædictam necessitatem Skarbu Zupp Wie-
lickich JKMci gruntu wyrażonego z domkiem na nim wystawionym pod
kondycjami wypisanemi Skarb Zupp JKMci swoim y wszystkich in-
szych Altarystow S. Katarzyny w Kosciele Wielickim fundowanych
imieniem Jmć Xiądz Bąbkowski Skarbowi Zupp JKMci Wielickich
in perpetuum ustępuie. Iako tez y Skarb Zupp JKrMci Wielickich
wraz z Wielmożnym Jmcią Panem Stanisławem Skrzetuskim
tychże Zupp Wielickich swoim y inszych wszystkich JchMciow P. Pod-
żupkow pro tempore będących lub tez ich mieysce trzymaiących i-
mieniem tez same kondycye tak co do wypłacenia Złotych osimdzie-
siąt Altarystom, iako tez do wypłacenia Uczciwey Barbarze Olesko-
wey umowionego Quantum, iako tez y do wypłacenia Kontrybucyi Wie-
liczka Miastu zobopulnie idque sub nullitate præsentis contractus
deklarowali się y deklaruią. In casum contraventionis præsenti con-
tractui in quocunque puncto forum sądu duchownego sobie rezerwu-
iąc; salva nihilominus contractus præsentis per decretum judicii
spiritualis approbatione subsequenti, y na to się własnemi rękami
podpisuią w Wieliczce dnia dwudziestego czwartego Pazdziernika Ro-
ku Panskiego tysiącznego siedmsetnego szescdziesiątego drugiego,
Xiądz Jerzy Bąbkowski Altarista Sanctæ Catharinæ manu propria
Stanisław Skrzetuski Zupp JKMci Krakowskich Podżupek manu propria
Barbara Oleska nie umieiąca pisać kładę Znak krzyża swiętego X X X.
Stefan Czekayski Syndyk Miasta Wieliczki manu propria. Revisio-
nis tenor talis. Actum in residentia Praepositurali Velicensi Anno
Domini millesimo septingentesimo sexagesimo secundo, die Martis
decima nona Mensis Octobris. Coram Nobis infra scriptis spe-
cialiter delegatis et deputatis Commissariis comparens personali-
ter Admodum Reverendus Georgius Bąbkowski tituli Sanctæ

Catharinæ in Ecclesia Parochiali Vieliciensi Altarista, nec non Honesta Barbara Oleska fundi Bąklowskie Vieliciis siti, ad dictum Altare Sanctæ Catharinæ pertinentis Emphyteutrix in diem hodiernum incidenti, viso instrumento Illustrissimi et Reverendissimi Domini Delegantis in Personas nostras emanato, occasione alienationis præfati fundi memorati Altaristæ Sanctæ Catharinæ dotalis per Magnificos Officiales Zupparum Vieliciensium S.æ R.æ Maiestatis in fundationem iurisdictionis nostræ commissorialis consenserunt. Nos Commissarii infrascripti viso instrumento Illustrissimi et Reverendissimi Delegantis in Personas nostras de Datum Cracoviæ die secunda Octobris Anno Domini millesimo septingentesimo sexagesimo secundo, emanato attenta cadentia termini in diem hodiernum incidentis, tum consensu citatarum partium iurisdictionem nostram Commissorialem in DEI nomine fundavimus. Nos iudices competentis causæ et partibus pronuntiavimus, et ad ulteriora procedere mandavimus. Tandem Admodum Reverendus Georgius Bąbkowski Altarista tituli Sanctæ Catharinæ in ecclesia Parochiali Vieliciensi, dicti fundi Bąklowskie possessor, verbo intulit. Quoniam Magnifici Officiales Zupparum Vieliciensium Sacræ Regiæ Maiestatis ad succurrendum præingenti ruinæ Vieliciis ad præsens cum magno periculo totius ferme civitatis subsecutæ dicti fundi suprafati Altaristæ dotalis urgentem necessitatem habeant, ideo ne aliqua alienatio per se Altaristam Ecclesiæ fiat et Illustrissimum officium Delegans plene informare posset, ante omnia revisionem et descriptionem longitudinis ac latitudinis sæpe fati fundi tum usus fructus ex illo provenientis per nos Commissarios infrascriptos expediendam petiit. In præsentia Barbaræ Oleska dicti fundi ad præsens Emphyteutricis, petitioni Admodum Reverendi Altaristæ tituli Sanctæ Catharinæ adhærentis. Nos Commissarii infrascripti annuendo petitis Admodum Reverendi Altaristæ tum et Honestæ Barbaræ Oleska Emphyteutricis, ad descriptionem dicti fundi, dimensurationem illius quantitatis, tum ad investigationem usus fructus ex eodem fundo provenientis; condescensuros Nos obtulimus, prout et condescendimus. Cuius quidem descriptionis et dimensurationis tenor sequitur talis. Za Kosciołem Szpitalnym S. Ducha w Wieliczce przy drodze Krakowskiey ex opposito Dworku JmćPana Adamowskiego Pisarza komory Wielickiey y Kazimirza Zwolinskiego Woyta Wielickiego iest domostwo z gruntem rzeczonym Bą

szlowskie Altarysty Ołtarza Swiętey Katarzyny w Kosciele Farnym Wie-
lickim będącego dotalne Domostwo: tego długość iest na łokci Kra-
kowskich dziewiętnaście, szerokości na łokci siedmnaście: to Do-
mostwo iest słomą poszyte o iedney izbie z komorą złe reparacyi
potrzebuiące, zatym domostwym na przerzeczonym gruncie iest
sad z drzewami częścią rodzaynemi, częścią wyschłemi, ktore długość
od drugiego węgla Domostwa koło drogi idącey ku gorze Danielo-
wiec nazwaney iest na łokci sto dwadzieścia, szerokość zas w
gurze koło budynku Josepha Wiarowskiego iest na łokci sto
dziewiętnaście, długość znowu z drugiey strony, koło brogow skarbo-
wych przy ławkach iest na łokci sto dwadzieścia siedm, a szero-
kość koło drogi krakowskiey od tych ław, aż do węgłu Domostwa iest
na łokci sześćdziesiąt osm. Qua expedita dimensuratione longi-
tudinis et latitudinis praefati fundi tum domus in eodem constru-
ctae ad investigationem ususfructus ex eodem fundo provenientis
descendimus: et inprimis Admodum Reverendus Altarista modernus
Georgius Bąbkowski retulit se ad Contractum emphyteuticum
per suum antecessorem Altaristam videlicet Admodum Reverendum
Adamum Gaydzinski Honesto Michaeli Oles et Barbarae coniu-
gibus Anno Domini millesimo septingentesimo quadragesimo
die vigesima Octobris datum et cum eo initum, ac per Illustrissi-
mum Officium Consistorii Generalis Cracoviensis Anno Domini
millesimo septingentesimo quadragesimo primo die Lunae vige-
sima quinta mensis Junii approbatum. Quem prout et alios Con-
tractus similes partim annuales partim triennales in actu Com-
missionis praesentis Honesta Barbara Oleska produxit. Ex quo Con-
tractu liquet Reverendum Altaristam tituli S. Catharinae perce-
pisse et percipere censum annuum per florenos polonicales tri-
ginta duos, licet ex aliis contractibus anterioribus constet dictum
Reverendum Altaristam partim per florenos quinquaginta ut
ex Contractu anni millesimi septingentesimi decimi octavi, par-
tim per florenos sexaginta, ut ex contractibus anni millesimi septin-
gentesimi vigesimi tertii et anni millesimi septingentesimi
trigesimi sexti et millesimi septingentesimi trigesimi septimi
patet annuatim percepisse praefatum censum. Tandem ad maiorem
et evidentiorem investigationem ususfructus ex dicto fundo proveni-
entis adhibuimus homines fide dignos ad id consulte vocatos ci-
ves Velicienses utpote Honestos Josephum Wiarowski fundi prae

fati vicinum et Adalbertum Sieprawski, qui secundum conscientiam suam deposuerunt ex dicto fundo maiorem usum fructum Reverendum Altaristam non posse percipere, quam florenos polonicales sexaginta septem videlicet pro foeno ex eodem pomario et horto colligi solito florenos viginti, pro fructibus variis ex arboribus fructiferis pariter colligi solidis triginta duos: verum ad præsens idem pomarium et hortus quinque annos nihil fructificavit ob siccitatem sterilitatem tum antiquitatem arborum præcipue prunorum. Iam vero ex mansione dictæ domus in eodem fundo sitæ possunt dari floreni quindecim annuatim, sed si restaurata et reparata foret posset locari maiori censu. Onera civitatensia, quæ ad præsens moderna Emphyteutrix /: excepta capitali contributione./ solvit et contribuit sunt ista: pro contributione civitatis vulgo Symple dicta annuatim solvit florenos sex grossos viginti, pro milite iuxta Commissionem dat florenos quatuor, pro censu terragio et quartualibus florenum unum grossos novem. In summa onera civitatensia per emphyteutricem solvi solita ascendunt ad florenos undecim grossos viginti novem. Ac demum Admodum Reverendus Altarista modernus produxit inscriptionem seu verius donationem istius fundi Bąklowskie vocitati perpetuis temporibus pro Altarista tituli S. Catharinæ in ecclesia parochiali factam; ex qua adinvenimus præfatum Altaristam pro tempore existentem, vigore istius fundi Altaristæ cessi et donati obligatum fore omni septimana per annum ad unum Missæ sacrificium pro defunctis. Quam quidem Commissionem una cum descriptione, demensuratione fundi dicti Bąklowskie Altaristæ tituli Sanctæ Catharinæ in Ecclesia Parochiali Vieliciensi dotalis ac investigatione de usu fructu ex eodem fundo provenienti per Nos Commissarios infra scriptos factam et expeditam in occluso rotulo cum ea, qua par est reverentia ad Illustrissimum Dominum Iudicem Delegantem remisimus prout et remittimus. Datum in Residentia Præpositurali Vieliciensi, anno, die quibus supra. M. Andreas Lipiewicz U. I. Licent: ad præmissa deputatus Commissarius manu propria. Antonius Kosinski Decanus Foraneus Vielicien. Curatus Gdovensis ad præmissa Commissarius manu propria. Ioannes Cantius Latkiewicz Vicepræpositus Vieliciensis ad præmissa deputatus Commissarius manu propria. Ex Protocollo Actorum supra memorati Illustrissimi Reverendissimi Domini Officialis Generalis Cracov: extractum et Sigillo [eiusdem communitum L. S. Consistorii Generalis Cracoviensis. Franciscus Zębinski U. I. D. Cons. Gnal. Cracov. Actuarius manu propria. Collationavit per me

52 missae

Bartholomaeum Majewski Publicum S. Autorit. Apostolica Notarium.
Nos itaque Augustus Tertius Rex Poloniarum supplicationi eiusdem uti iustae benigniter annuendo eandem Transactionem in eodem Decreto contentam, in omnibus eius punctis, clausulis, conditionibus ac ligamentis contentis confirmandum, ratificandum et approbandum esse duximus, prout praesentibus Litteris Nostris confirmamus, ratificamus et approbamus, decernentes vim et robur debitae firmitatis in perpetuum obtinere debere. In cuius rei fidem praesentes Manu Nostra subscriptas Sigillo Regni communiri iussimus. Datum Varsaviae die XXV. Mensis Aprilis Anno Domi[ni] [M]DCCLXIII^tio Regn[i] [vero No]stri XXX° Anno.

Augustus Rex



Antonius Wyszynski Premislien[sis] Varsavien[sis] Canonicus S.R.M^tis et Sigilli Regni Secret.

m.pp.

Confirmatio Transactionis occasione pensionis ex Thesauro Zupparum Vieliciensium pro commutatione certi Fundi Altaristae tituli S^ae Catharinae in ecclesia Vieliciensi dotalis solvendae, Decreto judicii Consistorii Generalis Cracov. approbatae.

Beklorde[illegible]

aamemone Zq

80 ff.

aõ 1740

186

wie

266

1765

1765 24. IV.

Stanislaus Augustus rex Poloniae privilegia civitatis Wieliczka confirmat.

k. 73

Publ. Kod. Wiel. s. 164-169.

STANISLAUS AUGUSTUS DEI GRATIA REX POLONIAE, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Kijoviae, Volhiniae, Podoliae, Podlachiae, Livoniae &c. &c.

Significamus praesentibus literis Nostris harum notitiam habituris modo et in posterum existentibus: Quemadmodum coram Nobis Spectabiles Adalbertus Płatkowski Consul et Stephanus Czekayski Syndicus Civitatis Nostrae Regalis quoad Mensalia Vieliczka Plenipotentes produxerunt Jura, Privilegia, Rescripta, Decreta per Antecessores Nostros eidem Civitati ab ipsa Erectione gratiose impertita et usque ad Nostra Felicis Regiminis tempora ab omnibus confirmata, partim in Originalibus, partim in libro, cui titulus: Codex Jurium Privilegiis approbato collecta et conscripta. Singularius autem Originalia: primum nempe Privilegium Serenissimi Sigismundi Augusti, hoc est constitutionem boni in Civitate ordinis Jurisdictionibus tam Magistratuali Civitatis, quam Succamerariali intermediae modum Vielicis procedendi disponentem, Varsaviae tempore Comitiorum Generalium die septima mensis Julii Anno 1570 praestitam. Alterum Privilegium Serenissimi Augusti Secundi Varsaviae die nona mensis Martii Anno 1715. continens alia quatuor Privilegia Ium Serenissimi Sigismundi Tertii perennem Civitati Vieliciensi advocatiae utpote praedii urbani connexionem incorporationemque vigore constitutionis Regni eodem anno sancitae complectens, Varsaviae tempore Comitiorum die vigesima quarta Februarii Anno 1609 donatum. IIum Serenissimi Joannis Casimiri Cracoviae in Comitiis Coronationis die sexta Februarii Anno 1649 datum. IIIum Serenissimi Michaelis Varsaviae die vigesima octava Novembris Anno 1670 obtentum. IVum Serenissimi Joannis Tertii Cracoviae tempore Comitiorum Coronationis die trigesima Aprilis Anno 1674 collatum, omnia haec quatuor Privilegia de verbo ad verbum Privilegio Serenissimi Augusti Secundi sunt inserta. Secundum et Tertium Originale Serenissimi Augusti Tertii eodem die quinto mensis Aprilis Anno 1739 unum approbans leges, alterum autem concedens nundinas, omnia in pergameno latino idiomate exarata Sigillum Sigismundi in Cera, tria horum in pixidibus lamineis Sigillum majus Regni pensile habentia, sana, illaesa, inorrupta, nec minimae suspitionis notae subjacentia, Jura, Privilegia, Rescripta, decreta Antecessorum Nostrorum per Constitutionem Regni roborata confirmantia, Cessiones, Inscriptiones, donationes, exemptiones a Judiciis Castrensibus et Tribunalibus, Immunitates a Stationibus, Pernoctationibus, pabulationibus, pabuli portionibus aliisque militaribus tam Regni, quam magni Ducatus Lithuaniae exercitus exactionibus stabilientia, Jurisdictionem Succamerarialem, ne adversus leges Judiciis Instantiae Primae Vieliciensis Magistratualibus se immisceat, cohibentia, Regulas directionis ambabus Jurisdictionibus absque oppressione debilioris et potentiore observandas praescribentia, sumptus et expensas Civitatis pro usu Succamerarii aut ejus vices Agentis imminuentia, penes revenditionem Salis duri ex prima manu ab aerario empti vulgo Prasalstwo dictam ipsos solummodo Cives Vielicienses conservantia, ne ab ullo in hocce negotio praepediantur, atque ut habeant liberum Cracoviae ad revendendum salem depositorium inhibentia, Confraternitatum seu Contuberniorum Jura, Privilegia consuetudines omnes generaliter approbantia, Judaeis mansionem, et accursum vagabundum in hacce Civitate prohibentia, summarie, quibus tantum haec Civitas a primitiva Erectione de Gratiis Serenissimorum Antecessorum Nostrorum Privilegiis, Rescriptis, Decretis, Exemptionibus, libertatibus gaudere potuit et gaudet repetendo quodlibet seorsive secundum illius diem et annum superius fatis Privilegiis clare corroborarunt, confirmarunt, et ad observandum exequendumque, cujus interest, commiserunt. Quae Privilegia in suis Originalibus Nobis monstrata, etiamsi praesenti Privilegio longioris spatiorisque circumscriptionis causa de verbo ad verbum non sint inserta, attamen quasi ad ultimum verbum inscripta essent, sic habere volumus et habemus. Praesentarunt quoque Originalem Declarationis Extractum per Commissionem Comitialem Anno 1777 in Civitate nostra Vieliciensi agitatam factae, ac demum Jure Publico eo ipso anno per Constitutionem Confirmatae plenariam Juris potestatem habentis, sub titulo de Depositoriis Salinariis, vulgo Prasadach. Cujus Extractus sensus sequitur de verbo ad verbum, et est talis: Declaratio de Depositoriis Salinariis et Negotiatoribus vulgo Prasadach: Produxerunt coram nobis Commissariis Cives Vielicienses, Casimirienses et Clepardienses eorum jura, privilegia antiqua et recentiora super Depositoria et Revenditionem alias Prasalstwo dictam servientia supplicando: ut eos penes haec Privilegia conservaremus. Igitur justae petitioni illorum annuentes ex perlectis Juribus et privilegiis horum omnium supplicantium informati id est: Cives Vielicienses, Clepardienses penes Revenditionem salis antiquitus, alias Prasalstwo dictam, Cracovienses vero et Casimirienses, hosce quoque Clepardienses penes Depositoria secundum jura ac Privilegia illis servientia, exclusis vigore Decreti ex Seriis partium Controversiis sub Anno 1717 lati, Blonensibus incolis et aliis Jurisdictionibus dispositioni Regiae non subjacentibus conservamus, hac tamen expressa cum declaratione nostra: ne audeant hi Revenditores, vulgo Prasali et Depositarii Salis alium ullum Salem quantumvis Vieliciis apud Cives Vielicienses emptum, quorum jura in hocce puncto salva esse volumus nec in aliis quibuscunque locis, solummodo qui eorum Privilegiis designati sunt, id est in fundis Regalibus et proprie civilibus ab olim usurpatis deponere et divendere sub poena confiscationis in contraventionis casu. Ex actis Commissionis S. R. Mttis et Reipublicae in Zuppis Vieliciensibus diebus Julii et Augusti Anno 1777 expeditae extraditum. Franciscus Stanislaus Hankiewicz Vice Procurator Arcis Cracoviensis, Judex Vieliciensis et Bochnensis, Commissionis ejusdem Notarius mp. (LS) Subinde etiam Declarationem Commissionis Nostrae aerarialis die 15ta Septembris Anno 1750 Varsaviae factam. Ultimo originale totius Actus Commissionis unacum Decreto Judiciorum Nostrorum Assessorialium Varsaviae feria Secunda ante Festum Decollationis Sti Joannis Babtistae die Vigesima sexta Mensis Augusti Anno 1754 ex Controversiis inter Generosos Palatinatus Cracoviensis Terrigenas de impedimentis et propinationibus in Civitatem Vieliczka introductis nec non possessionum ibidem participatione, tum quoque de prohibita juribus Judaeorum in Civitate locatione lato, Vieliciis feria quinta post festa Pentecostes Anno 1755 coeptae et succedente tempore expeditae, subscriptionibus Commissariorum, et seorsiva cujuslibet Sigilli proprii appensione roboratum. Supplicibus per Dominos Consiliarios nostros suprafatis Plenipotentibus nomine Consulatus, Communitatis, Civium, totiusque Civitatis Nostrae Vieliczka, ut illis recensita Privilegia, et Jura specifice, tum etiam illa, quae propter abbreviationem commemorata non sunt, generice ratificare, confirmare, et quae aliqualiter successu temporis per quemcunque depressa, refracta, debilitata, aut ab executione debita suspensa sunt erigere, renovare, roborare et ab injuriis defendere Authoritate Nostra Regia dignaremur.

Nos Stanislaus Augustus Rex respicientes laudabilia Serenissimorum Antecessorum Nostrorum pro Nobis Sceptra Regni tenentium opera, qui singulari quodam desuper intuitu: Illos homines, Cives, et Incolas Vielicienses, sub quorum habitaculis incessanter terra eruitur, infinitique pretii suffoditur Sal, ob ea itaque magis magisque perinde evacuata loca, puteos, et Cavernas quotidiano expositos esse terrori vitaeque periculo; Insuper quod tam per gravia saepius e Civitate Vieliczka evehi solita Salis onera tremula, quam etiam ipsi molis gravitati cedens inobservate, et ad evacuata intus loca tendens tellus non parva in possessionibus eorum damna, ruinas, horrendaque praecipitia illos experiri faciat. Finaliter quia ad portus tractus variarum aut fora Celebria, unde ad instar aliarum Civitatum media alimentationis capiant, siti non sunt, nec mercatura nec negotiis modum vivendi tentare possunt, cum de suis adjacens Residentialis Civitas Cracovia lucrum sumat; Imo evidens est illos memoratos Cives Civitatis nostrae Vieliczka laborarios nostros, nec non personas Officii aerarialis popularitate aedificiisque suis providere, conservare, et fovere, ipsi quoque Salinarum aerario decori, profectui et cuidam emolumento esse, quapropter eis utpote penes aerarium locatis et permanentibus beneficia aerarialia, tentandumque vivendi modum, nullo perinde ipso aerarii detrimento praestiterunt, Juribus, Privilegiis, Exemptionibus, libertatibus, praerogativis, Immunitatibus large donarunt et ut jure Regni, ac Constitutionibus essent fundati, operam dederunt. Nos quoque pia Serenissimorum Antecessorum Nostrorum exempla sequentes, supplicationemque submisse nobis factam tanquam dignam et justam acceptantes, quamvis jam sub Felici Coronationis nostrae Actu omnia Generaliter totius Regni nostri Provinciarumque adjacentium cujusvis Status dignitatis, et conditionis Incolis Jura, Privilegia, et praerogativas confirmavimus, conservationemque praemisso jurejurando assecuravimus, nihilominus specialiter huic Civitati Oeconomiae nostrae Vieliciensi ejusque Indigenis, civibus et incolis praesenti singulari Privilegio omnia Jura, Privilegia, Rescripta, Decreta, libertates, et Immunitates, quibus tantum ab ipsa Fundatione hucusque per Serenissimos Praedecessores Nostros impertitis et confirmatis gaudere poterant et possunt, approbare, lapsa, neglecta, aut male usurpata, seu per quemcunque impedita erigere, renovare, roborare, et ut debite executioni mandata essent, ratificare studuimus, et reipsa quidem Privilegia, Rescripta, Decreta Serenissimorum Praedecessorum Nostrorum: Sigismundi Augusti, Stephani, Sigismundi Tertii, Vladislai Quarti, Joannis Casimiri, Michaelis, Joannis Tertii, Augusti Secundi, et Augusti Tertii superius commemorata cum omnibus in illis universis et singulis contentis clausulis ac punctis. Tum quoque libros duos: unum sub titulo Donatus alterum Codex Jurium vocatos Privilegia, Rescripta, Decreta collecta generaliter comprehendentes; Praeterea quaecunque Civitas Vieliczka in Depositorio Civitatis alias archivo habet jura, Privilegia, Exemplaria, Protocolla; nec non seorsive Immunitates, quibus contubernia seu Fraternitates in hacce Civitate residentes gaudent una cum eorum articulis, et circumscriptis consvetudinibus. Etiam omnes Inscriptiones, Cessiones, donationes, Emptiones, et alia quaeque in genere nec non quodlibet sigillatim in specie approbamus, renovamus, confirmamus et ut singulares in ejusmodi privilegiis, rescriptis et Decretis literis definita observationem, executionemque habeat, praesenti Privilegio, atque Authoritate Nostra Regia demandamus. In quibusdam vero subsequentibus, Civitatis hujus praecipuis necessitatibus: quae singulariorem requirunt deliberationem et antiquis fundentur juribus: Regiam voluntatem nostram, ut cuilibet nota esset, praesentibus literis expressam, claram fieri consensimus. Hoc est: Bonus Ordo. Cum sit fundamentum et anima, cujusvis Status et Conditionis hominum, tum etiam constitutio ejusdem in hacce Civitate jam per Praedecessorem Nostrum Sigismundum Augustum, uti nobis Privilegium anni 1570. in originali monstratum est. Hoc itaque Privilegium, seu ordinationem: cum nihil Juri adversarium in eadem reperiamus, imo ipsam Civitatem ducentos prope annos juxta ejus methodum in ordine conservari videamus: in usum ejusdem Civitatis approbare decentissimum esse duximus ducimusque atque non solum in omnibus punctis, categoriis et terminis approbamus executionemque universi, quidquid ibi definitum reperitur injungimus, innovandoque tradimus, verum etiam ita habere volumus: ut Jurisdictio Jurisdictioni non adversetur, imo potius unaquaeque juxta sibi praescriptam methodum quasi in orbita procedat. Officium Succamerariale nunc et in futurum existens nullas praetermissa Civili Instantia prima ad judicia sua suscipiat causas, nec de differendas in accessorio Justitiae Decretis cum partibus consentiat: nisi forte evidenter pertinens esset accessorium: Sed quaelibet causa prius in Officio Civitatis per Decretum finale expediatur; Subinde ipsas solummodo causas appellantium judicare, eosque cum Decreto aggravante ad Judicia nostra Assessorialia admittere, sub nullo vero praetextu executionem Decretorum Officii Civitatis: si subsecuta non fuerit appellatio: impedire, Officiose debebit. Non oportet hocce Succamerariale Officium Consulares, aut aliam quamque de Civitate personam ex Officiis illorum crude ad judicia sua citare, sed juxta memoratam ordinationem, Judiciorumque nostrorum Assessorialium decreta, unum nempe sub Regimine Serenissimi Stephani anno 1589. alterum sub Regimine Vladislai Quarti Anno 1637. ex controversiis lata, Personas Consulares directe ad Judicia Nostra Assessorialia, privatas autem ad Instantiam primam Civitatis referre. Non potest quoque Personam Consularem ex arbitrio suo amovere ab officio, nisi prius agnitio culpae et testificatio Judicio nostro innotuerit. Pro Electione Consulatus, Senioratusque Possorum, nec non Judiciis Generosus Succamerarius, aut Ejus Judex semel in anno tantum juxta statutum die Nativitatis Sti Joannis Baptistae

Pluribus autem vicibus, si ab omnibus statibus Civitatis postulatus fuerit /: non vero sponte suâ, aut ad requisitionem privatae personae :/ Vieliciis comparere, et citra praetensionem magni sumptus Civitatis assignata per Decreta judiciorum nostrorum solutione contentus esse debet; nec Electioni Personarum civitatis officialium, ipsius quoque praefecti, et Assessorum, quae ex jure et consvetudine soli Magistratui competit se implicare, nec proventibus civilibus adversus leges disponere potest, multomagis tenore ordinationis per Privilegium a nobis plenarie confirmatae et innovatae ille modo et in futurum existens procedat demandamus. Altera Necessitas: Quoniam illi subditi nostri cives Vielicienses ab olim jam ad hodiernam diem usque, concessis sibi quoad emptionem Salis duri directe ab aerario absque detrimento illius utuntur beneficiis, revendendoque emptum salem vitam sustentant; Ideo et nos prout ipsosmet solumodo cives Vielicienses penes possessionem hujus beneficii et usum invenimus, absque immutatione conservamus, multomagis ab impedimentis aliarum Civitatum ipsissimam directe ab aerario emptionem Salis praetendentium juxta Declarationem Commissionis Comitialis Anni 1717 superius de verbo ad verbum insertam, authoritate nostra Regiâ praeservamus, et pro semper tutos habere volumus habemusque. Ad hoc quoque ipsos Cives Vielicienses primos et proximos ad negotium Defluitationis, id est ad devehendum Vistulâ Salem in Depositoria inferiora, quicunque aptus fuerit et voluerit, vigore plenariae potestatis nostrae creamus, et idipsum ex nunc generosis Officii nostri Salinarum dispositoribus observandum committimus. Tertia Necessitas: Judaeis radicatis, ac sub tutela circacircum Civitatem Vieliczka multiplicatis, subditis nostris per dolosas ambages suas in quaestu obstacula, et ruinam causantibus, cum jam sint per Decreta coram Nobis producta tam Judiciorum nostrorum Assessorialia, quam exequens commissariale sub actu /: ut supra expressum :/ pro semper e civitate Vieliczka /: sicut quondam ex Civitate Bochnia :/ relegati, accessusque ulterior /: cujuscunque ille fuerit praetextus et fictionis :/ sub libera Personarum, rerum, et equorum confiscatione sit prohibitus, conservando id jus et Decreta perpetuis temporibus, ut nullus in hac Civitate existat Judaeus demandamus. Immo quodsi quis judaeorum venalequid, merces et singulariter haustus uti: Cremata, Mulsa, Cerevisias aut vina alicui ex civibus propinationis suae causâ in Civitatem advehere praesumeret, id genus mercium et haustuum unacum persona, vectura, et jugo liberam confiscationem memoratorum decretorum tenore concedimus. Personas vero huic contrarias, aut illos, qui cum judaeis consensum habentes clam aut palam ab eis haustus emerent, ad exemplum punire officiis jubemus. Et quoniam etiam personae status nobilis eidem Civitati sunt impedimento, qui acquisitis vario modo in civitate domibus per habitatores in illis locatos haustus suos ex dominiis advectos, cremata nempe Cerevisias saepeque mulsa et vina propinant, saepius quoque per judaeos conductos sub praetextu et nomine suo publice advehi curant, talesque haustus mensuris usitatis non illi ipsi quidem, sed illorum subordinati divendunt, tributa solvere recusant, habitantes in hisce possessionibus Jurisdictioni Civili repugnant, eidem non subjacentes; in hoc puncto Jura praefata Civitatis Vieliciensis, nec non decreta antiquiora Judiciorum nostrorum Assessorialium de iisdem impedimentis unacum decreto commissionis anni 1755. lata tanquam recente constitutione anni moderni fulta approbamus et non solum ut ab ejusmodi propinationibus status nobilis totaliter Vieliciis abstineat, sed etiam ne prope Civitatem hanc tabernas propinatorias ad civium detrimentum ob haustum exstruat ex tenore eorum jurium et decretorum rem competentem fore arbitramur, hocque injustum tanquam Civium subditorum Nostrorum injuriam abrogando, plenarie illos penes Privilegia eis accomodata conservamus. In fine permittimus huic Civitati Vieliciensi annuatim participationem duorum Frustorum salis vulgo Błotników ex Fodinis nostris in recompensationem tributi ex fundis Salinariis a Civitate acquisitis, ponderis in compositione expressi, nec non penes pensionem annualem Florenorum Ducentorum pro reparandis ponticulis Annô 1726 complanatam immutabiliter retinemus. Generaliter vero universa et singula in praesenti privilegio exarata omnibus, quorum interest, specialiter vero Generoso Succamerario Cracoviensi Ejus Judicio, Officio Capitaneali Castrensi Cracoviensi, nec non Generosis Fodinarum nostrarum Vieliciensium Administratoribus, Praefectis, et Vice Praefectis praesentibus et futuris notificando recommendamus, ut hanc nostram Jurium, Privilegiorum, Rescriptorum, Decretorum Civitati Regalionum quoad mensalia Nostrae Vieliczka inservientium confirmationem innovationem et roborationem, nullas apprehendentes objectiones et impeditiones, conservare, adjuvare, nec non Defensionem in casu necessitatis ad exequendum id universum praestare satagant. Pro Gratiâ Nostrâ Regiâ et Officiorum suorum debito. Quod Privilegium majoris vis, valorisque causâ Manu Nostrâ subscribendo Sigillô Regni communiri jussimus. Varsaviae Die Vigesimâ quartâ Mensis Aprilis Annô Domini Millesimô, Septingentesimô, Sexagesimô quintô. Regiminis Nostri Annô primô.

Stanislaus Augustus Rex.

№ 5

Confirmatio Jurium
Civitati Vieliciensi servientium.

822

Actum in Castro Cracoviensi feriâ Sextâ post Dominicam Exaudi
proximâ Annô Domini 1765.

Litera superius exarata S. R. Mttis Privilegii confirmationis
Privilegiorum Civitati Vieliciensi collatorum sub actu
suprascripto per oblatam porrecta, suscepta, et inducta.

Adamus Cieciszewski Thesaurarius
Terrae Livensis Sigilli majoris
Regni pro tunc Secretarius.